



Catalogus disert.

1. Jo. Aug. Ernesti

1. de fide historica.
2. de difficultatibus Novi T. recte inter-pretandi.
3. de templo Herodis M.
4. de vanitate philosophantium etc.
5. de vestigiis lingua hebraica in lingua graeca.
6. de theologia historica & dogmatica coniungenda necessitate.
7. de libertate iudicandi in causa religionis.
8. de doni linguarum natura ad illustr. 1 Cor. XIII.
9. de avaxεφαλαωβει coelestium et ter-
restrium ad Ep. I. 10.

2. D. J. S. Romler

10. de liberali doctoris S. I. provincia
11. de J. P. Franer
11. de quo Christus imago dei inveniibilis, ad 2 Cor. III. 4. 1 Cor. I. 2. Hebr. I. 3.
12. spiritus apostolorum Jesu & magister agens mandata ad Joh. XIV. 8-11
13. de quo Christus, quam in sententiam ois, et dici legislator novus potest.

3. J. H. Heibitz

14. de iis qui primitias spiritus acceperunt ad Rom. VIII. 27.
15. explicatio capituli Ab. Paul. ep. ad Rom. ad Rom. var. Baumgarten.
16. de vixque rebus ab hominibus in sua vita non obtinenda.
17. obs. ad illustrationem M. T. ex pro-
fuit

4. J. G. Loderlein

18. de vero usu atque abusu rationis hu-
manae in rebus divinis.

7. D. Gott. Leib.

19. de doni linguarum indole
20. de filio hominis
21. sententia iudeorum de messia &
de loro epus regno.
8. Franc. Volckmar Reinhard
22. utrum ad aedificium de miraculis requi-
ratur inivisa naturae accurata cognitio
9. Ernst. P. Merxdoeff
23. de amen liturgico.
24. iudicium de nonnullis dubitationibus
contra rel. Christ.

10. J. Benj. Koppe

25. quid sit & auctoritas quo scripturae et qui
et interpretor 2 The. II. 2-10.

11. J. L. C. Loeber

26. vindicta iudicia divina in morte transi-
ad Act. I. 1-11.

12. F. Andr. Stroth.

27. de vera lexione 1 Joh. II. 3.

13. D. C. C. Pittmann

28. de quo deus in servatore in ev. Joannis de
monstratur.

14. D. C. G. Robert.

29. causa belli formaliter adorsur lana-
nari gerit. Tacunt multa

15. C. D. Beck.

30. specimen historiae bibliothecarum alexon.
donarum.

16. C. L. Gerling

31. doctrina de summa atque altera de se
Christi divinitate.

Jouann.
N. 129.
2.

Cl 3777

26

RECTOR
ACADEMIAE VITEBERGENSIS
GEORGIUS FRIDERICVS
K R A V S

IVR. VTR. DOCTOR CODICIS PROF. PVBL. ORD
CVRIAE PROVINC. CONSIST. ECCLES. SCABIN
ET FACVLT. IVRID. ASSESSOR

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D



R E C T O R
ACADEMIAE VITBERGENSIS
GEORGIVS FRIDERICVS
K R A V S
IVRIS DOCTOR, GREGORIO PONTIFICI
MAXIMO CONSIST. SACR. PALATII
ET RAVENNATIS PROFESSOR
CIVICVS ACADEMICVS
S E D



SPIRITVS VERITATIS

Finde nubes, i per auras,
Caelitus delabere,
Summe veritatis auctor,
Spiritus sanctissime,
Aduola cum lucis alis
Mentibus mortalium,
Nocte quas caliginosa
Caecus error deprimit.

Tu deus: diuina virtus
Plenius scit omnia,
Numini nox densa lucet
Sole, luna, clarior,
Abditas scrutaris umbras,
Te nihil nihil latet,
Nec potes, quae vera censes,
Vertere in contraria.

Quidquid in diuinitate
Conditur mysterii,
Quae dei consulta sola
Templa caeli personant,
Quaeque sunt negata terris
De salute dogmata,
Cuncta nosti, cuncta nostris
Expedis praecordiis.

Sic ad omnem veritatem
Ducimur per spiritum,
De deo deique rebus
Erudimur clarius,
Quomodo coli decenter
Debeat, velit, pater,
Sicut accepit, professor
Prodit auditoribus.

Nec

Nec magister verba griphis
Inuoluta dicitat,
Vt vel umbris fabularum
Occulatur veritas,
Vel dolis oraculorum
Ambigas incertior,
Vel tenebrosis futura
Sub typis appareant.

Non alumni detinentur
Disciplinis arduis,
Quas bibant labore duro,
Subsequente taedio,
Vt dies teratur illis,
Vtque frustra lucubrent:
Edocet diuina doctor
Halitu celerrimo.

Corda perflat aura mitis
Ac scienda suggerit,
Quae probatione longa
Amplius non indigent.
Sermo clandestinus ima
Fertur in medullia,
Rebus inferens probandis
Robur inuictissimum

Veritatis arx Olympus,
Nil in hoc ficti latet.
Falsa contra miscet, eheu!
Numen huius saeculi.
Hoc in omnibus repugnat
Numini spirabili,
Hoc amat circumuenire
Credulos mendacis.

More noctis obtegentis
Aerem caligine,
Vera celat, ficta veris
Fraudulenter subiicit,
Dum deus recludit, atro
Quae latent sub regmine:
Vt dies, rerum colores
Detegens, umbras fugat.

Praefer autem, DOCTE CIVIS,
Veritatis lumina,
Haec tuere, mortis ipso
Haec tuere in limine,
Vtque possis, vtque recta
Stet fides vel martyri,
Cum pio coetu precare
Veritatis indicem:

Sanctum

*S*andum rogamus spiritum
Rectam fidem potissimum,
Mortis ut sub horam
Adsit labanti,
Exuli praesens, reditum paranti.
Iuua deus.

Nos luce, cara lux, reple,
Christique virtutem doce,
Ut ducem sequamur,
Nos vindicantem,
Nos et ad veram patriam vocantem.
Iuua deus.

Tuis, amor dulcis, faue,
Amoris aestu cor moue,
Mutuo candore
Ut nos amemus,
Ut pares vna quoque mente stemus.
Iuua deus.

Solator

*Solator adsis optimus,
Infamiae ne sit metus,
Conferasque sensus
Cum mente sanos,
Bestiis si det Nero Christianos.
Iuna deus.*


P. P

SACRIS PENTECOSTALIBVS

A. C. MDCCLXXIX

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL



Na 32.
g

vd 18

ULB Halle
005 367 468

3



Na 11





RECTOR
ACADEMIAE VITEBERG
GEORGIVS FRIDEI
KRAVS
IVR. VTR. DOCTOR CODICIS PROF.
CVRIAE PROVINC. CONSIST. ECCLE
ET FACVLT. IVRID. ASSESSO
CIVIBVS ACADEM
S. P. D

